UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

VIII. Ludolph von Wedel schenkt zum Seelenheil seines Bruders Zulis die ,,Stowinge", die aus dem See Pritzen kommt, dem Kloster Marienwalde, am 1. Mai 1308.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

VIII. Ludolph von Wedel schenkt zum Seelenheil seines Bruders Zulis die „Stowinge", die aus dem See Pritzen kommt, dem Kloster Marienwalde, am 1. Mai 1308.

Vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, Ludolphus, miles, dictus de Wedele, cum filiis nostris, et Hasso, filius fratris nostri Zulis felicis memorie, cum fratribus suis, videlicet Betekino et Henningo salutem in vero et omnium saluatore. Ne ea, que in tempore geruntur, simul cum tempore excedant et a memoria hominum, que res est labilis et fragilis, euanescant, necesse est scriptis autenticis ea firmiter roborari. Hinc est, quod ad maiorem nostri facti notitiam et cautelam, notum esse volumus omnibus tam presentis temporis quam futuri, Quod nos Inundationem aque, que vulgariter dicitur Stowingé, que de nostro stangno quod Prytzen vocatur effluit et descendit, Ecclesie in Marienwalde donamus, Jure perenni precipue propter Deum et in remedium et salutem anime dicti fratris nostri Zulis, vniuerse viam Carnis ingressi, nec non nostrarum animarum nostrorum omniumque parentum, Conditione attamen hac adiuncta, vt dicta Inundatio nunc et in posterum nec eleuetur nec in aliquo deprimatur. Vt autem dicta nostra donatio Inundationis a nobis et nostris heredibus ac posteris, firma, stabilis et inuiolabilis maneat ac jugiter perseueret, presens scriptum dicte ecclesie contulimus nostrorum sigillorum munimine communitum. Datum Anno domini M°. CCC°. VIII°., kal. Maii in festo Philippi et Jacobi Apostolorum beatorum.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 112.

IX. Das Kloster Reetz macht dem Kloster Marienwalde Zugeständnisse wegen der Stauung des Ausflusses aus dem See Pritzen, am 10. August 1310.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris Heinricus, primus prepositus siue prouisor Sanctimonialium in Retze, Gertrudis, Abbatissa, Margareta, priorissa, et Margareta, Cellaria totusque ibidem Conuentus, salutem in omnium Saluatore. Cum ex Impotentia naturali et defectu animus humanus sit fragilis et labilis, singula singulatim memorie commendare, ut sine obliuione possit cuncta retinere; Necesse est ea, que in tempore geruntur ne a memoria hominum euanescant testimonio literarum roborari. Inde est, quod notum esse cupimus omnibus tam presentis temporis quam futuri, Quod venerabili patri, Domino Abbati in Marienwalde et conuentui suo Inundationem seu exaggerationem aquarum ex stagno Prytzen deriuantem et egredientem et per prata nostra, agros siue terminos nostros descendentem, In quantum iam dictos agros nostros, prata et terminos dicta Inundatio aggredit et attingit, predicto Domino Abbati et suo Conuentui, provt necesse habuerunt, eleuandi ac declinandi plenariam conferimus libertatem, Omni Impetitione, infestatione et contradictione per nos et nostros succesśores postposita et semota. Quam libertatem Inundationis prefatus dominus Abbas et suus Conuentus viginti quinque marcis leuium denariorum, nobis datis et receptis et ex integro persolutis, sibi compararunt. Vt aut predicta Inundatio a no-